

Disciplina scholarium.

24

¶ Tercia questio. vtrum tm̄ vnū sit celum sicut voluit Aristoteles an sunt tres. sicut iudei et egyptij volunt. Posuit em̄ Aristoteles vnū celum videlicet stellarū. septē sperarum celestium ipsorū septem planetarū cōscentium. Iudei autē et egyptij triplex celū posuere. videlicet stellarū quod est stellarum contentium. Et cristallinū. non quidē ab humiditate. sed a perspicuitate. Et empyreū. id est igneum. non ignee et ardentis nature. sed

¶ Tercio an iudaice terne diuisioni poloz. an Aristotilice simplici acquiescendum sit partitioni.

¶ Quarto si iudaice. an termini ex ipsis sint. vel in ipsis. an quolibet sigillatim

resplendentis ad modū ignis Theologi vero diuisioni iudaice consentiunt. Quartū celus et imobile ad dentes. In q̄ thronus veri salomonis immobiliter continetur Nam ad thronū veri salomonis per quindecim gradus ascenditur Primus est terre. secundus

sque. tercius aeris. quartus ignis. quintus lune. sextus mercurij. septim⁹ veneris. octauus solis. nonus martis. decimus iouis. vndecimus saturni duodecimus celum stellarum. tredecimus celum cristallinum. decimus quartus celum empyreum. super quo celestis curia. **¶** Notandum hic q̄ celū a beato Thoma sic describitur. Celum est corpus primū natura simplicissimū. incorruptibilitate solidissimū. quantitate maximū. qualitate lucidum. dyaphoneitate perspicuū; materia purissimū. figura sphericum. locali situ supremum. amplitudine creaturarum omnium in se continentium. Iste proprietates tam celo empyreo q̄ primo mobili conueniunt. Sed preter hec celum empyreum est beatorū spirituum habitaculū. et specialiter sedes dei nūcupatū. Sed primo mobili specialiter conuenit q̄ est motu velocissimū. et in hec inferiora virtutis influxum. Voluit igitur Aristoteles mundū sensibilem terminari ad firmamentū. ita q̄ vltima sperarum est spera stellarum fixarū. Unde dici potest s̄m eundez q̄ non est nisi vnū celum. q̄uis diuersi sunt orbes. Sunt autem octo orbes seu spere celestes s̄m Aristotelem. vt patet in his versibus. Octo sunt spere quas sic poteris reperire. Celum stellarum. saturnus. iupiter. et mars. Sol. venus hic. sequitur mercurius. vltima luna. **¶** Tunc ibi. Quarto si iudaice etc.

¶ Quarta questio incidens ex tercia est. Dato q̄ tres sint celi sicut iudaica vult opinio. an igitur sunt continui aut contigui. Sunt enim contigua quorum vltima sunt simul. id est non distant. Sed contigua s̄ quo rum vltima sunt simul. non tamen faciunt vnū sicut continua. Exemplum primi. sicut cutis et caro. Exemplum secundi. sicut cutis et camisia. Si vero p̄sentiam⁹ Arist. ponēti vnū celū. tunc alia emergit q̄stio. videlicet ex q̄ pres celi mouēt localit. et ipm totū celū localit moueatur. tenedo optimone iudaicam. dici p̄. q̄ illi celi sunt contigui nō p̄tinui. Dicit tamen